Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



32

Obmutui et humiliatus sum et silui a
bonis et dolor meus renovatus est Con
caluit cor meum intra me et in medita
tione mea exardescet ignis Locutus
sum in lingua mea notum fac mihi domine
finem meum Et numerum dierum meorum
quis est ut sciam quid desit mihi Ecce
mensurabiles posuisti dies meos et
substantia mea tanquam nihilum ante te Ve
rumtamen universa vanitas omnis homo vivens
Verumtamen in imagine pertransit homo sed et
frustra conturbatur Thesaurizat
et ignorat cui congregabit ea Et nunc
quae est expectatio mea nonne dominus et
substantia mea apud te est Ab omni
bus iniquitatibus meis eripe me opprobrium
insipienti dedisti me Obmutui et ape
ruit os meum quoniam tu fecisti a me nunc a
me plagas tuas A fortitudine manus
tue ego defeci in increpationibus propter
iniquitatem corripuisti hominem Et tu
beste fecisti sicut aranea omnem eius pul
chritudinem nunquam conturbatur omnis homo Exaudi
orationem meam domine et deprecationem meam au
ribus percipe lacrimas meas Ne sileas
quoniam advena ego sum apud te et peregrinus
sicut omnes patres mei Remitte mihi
ut refrigerem priusquam abeam et amplius non ero
Expectans expectavi dominum et intendit
mihi Et exaudivit preces meas
et eduxit me de lacu miserie et
de luto fecis Et statuit super petram
pedes meos et direxit gressus meos